

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 196. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur:  
<https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732701520/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- 210 morum, et Lenonum quisquiliis, Umbris phantasticis et  
fanaticis, non sine ingenti Ecclesiae damno, Patriæ luctu,  
Bonorum gemitu, et ipsius tandem Regis Israëlis extrema  
213 perniciē et calamitate.

Thesis XI.

- Sunt vel alia Idola Stercora, meram vanitatem ac futili-  
216 tatem spirantia, nimirum: Imprudentia, Juris Patriæ Ignor-  
ranzia, Tedium jus dicendi, Indulgentia puniendi scele-  
219 stos, nausea et Negligentia audiendi afflictorum Supplica-  
tiones, Obedientia nimia exotica gnathonibus præstita.

Thesis XII.

- Idolis hisce temporaneis alligatum est aliud horrendum,  
222 Tyrannidi proximè affine; Injuria dictum, cum Principes  
Palponum incitamentis decepti, formam antiqui Regiminis  
mutant, et convocationis Regni Ordines intra clausas portas  
225 morte, gladio, bonorum Confiscatione, cogunt, adigunt, et  
compellunt, ut Jure suo avito cedant, atque antiquis Nobili-  
tatis privilegiis, immunitatibus, ac libertatibus abscedant  
228 et renuntient. Quibus rebus efficitur, ut Proceres Regni,  
demptā sibi per violentiam Libertate vetustā, Regi Israëlis,  
interpositis etiam mille Juramentis, in posterum nec bene  
231 velint, nec candidè et sincrè cupiant.

Thesis XIII.

- Colitur et aliud immane Injuriae Idolum, Immiscri-  
234 cordia dictum (Plageric) Esai: III v. 5, cum usufructuarii  
alicujus Prædii tot Tributa, Census, Vectigalia exigentibus  
Præfectis solverint, ut bonis omnibus exuti, et ad mise-  
237 randam fortunam adacti panem mendicando quærere co-  
gantur, et quamvis Fundus sit devastatus, integra tamen  
Tributa et vectigalia Jeroboami pendere tenetur ipse Fundi  
240 Dominus sub poena executionis; Qua Tyrannide immanior